



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 287. An, dum adsunt istæ conjecturæ, quæ fictum fuisse consensum, vel illæ probationes, quæ impedimentum adesse concludunt, liceat conjugibus propria autoritata dissolvere Matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

standum est pro valore matrimonii. Ita Sanch. l. c. n. 3. & seq. Castrop. n. 2. Nav. c. 22. n. 82. Porro plures hujus fidei consensu conjecturas proponit Castrop. n. 3. Prima, si vir, mox, ut verba consensu significativa protulit, in continente revocet; eò quòd tunc præsumi possit, protulisse per inadvertentiam & inconsiderationem, juxta c. præerea. de testib. cogend. Sanch. cit. d. 45. n. 6. quòd tamen stante Trident. vix locum habere posse; cum Parochus teneatur consensum contrahentium diligenter explorare, ait Castrop. cum Cón. Secunda, si paulò post contractum matrimonium asseruerit, se fidei consensisse, & matrimonium aliud inerat, multo que magis, si Ordines suscipiat, aut religionem ingrediatur, eò quòd præsumendus non sit, tam citò revocaturus consensum, & cum damno prioris uxoris ducturus aliam, aut etiam status tam perfectos peccando mortaliter assumpturus. Sanch. l. c. n. 7. Nav. n. 77. Sylv. v. matrimonium. 4. q. 9. disto. 1. & 2. negat tamen Castrop. hanc conjecturam facere plenam probationem; quin & cum Cón. n. 71. insufficientem reputat; eò quòd mirum non sit, quòd, qui ausus est Sacramentum matrimonii eludere, & conjugem decipere, ordinem & religionem peccando recipiat. Tertia, si conjux fictum consensum allegans sit disparis ab alio conditionis in divitiis, nobilitate &c. Menoch. l. 3. præsump. 1. n. 35. Covarr. l. c. c. 2. n. 4. &c. Sed hanc conjecturam ut insufficientem rejiciunt Sanch. n. 8. Sylv. Nav. Castrop. l. cit. eò quòd sæpe viri cæco amore ducti conjuges pauperes & ignobiles assumant. Unde etiam Castrop. cum Cón. asserit, quòd et si femina permitti possit, ex vi hujus testimonii in foro conscientie nubere alteri, id tamen viro in foro externo nequam permittendum. Quarta, si allegationem ficti consensu comitetur metus gravis, et si insufficientem ad irritandum matrimonium; tunc enim citissimam talem manifestationem consensu ficti inducere moralem certitudinem, verum animum contrahendi non adfuisse, consent Cón. l. c. Sanch. n. 12. Castrop. dicens, id verum esse, maximè si id ex parte puellæ contingit. Quinta, si uterque conjux fateatur, se fidei consensisse. Quòd tamen rejiciunt Castrop. Cón. l. cit. eò quòd sæpe contingat, utrumque conjugem panitere, & facilius credi possit tunc eos mentiri, quàm ante fidei contractum vel consummatum. Sexta, si allegans fictum consensum protestatus fuerit antecederet ad matrimonium, se fidei consensurum, Jo-And. Calder. Rodriq. & alii relati à Sanch. d. 44. n. 19. rejicientibus hoc ipsum aliis, cum Gl. inc. tua. de sponsal. v. mulierem. eò quòd ab ea protestatione recessum sit factò contrario, nempe contracto matrimonio. Distinguentibus hoc ipsum cum communi Sanch. l. c. Mascard. de prob. concl. 1243. Gutt. de matr. c. 52. n. 2. nimirum ut id procedat, si protestatio facta, altero conjugate sciente & consentiente; Secus, si eo ignorante vel repudiante. Verùm & hanc distinctionem cum Cón. rejicit Castrop. eò quòd alterius conjugis scientia non in-

fert recessum à protestatione; cum consensum non magis inducat quàm ignorantia, sed solum faciat, ne contractus factus sit injuriosus alteri contrahenti. Quare dicunt, diligenter perquirendas causas talis protestationis, quæ si moraliter inducant dissensum, & hæc tempore contractus matrimonii perseverant, contractus judicandus sit invalidus, ut si ad illum cogaris metu cadente in constantem virum, & clam coram testibus protestaris, te non consensurum, censendus sis, non recessisse à protestatione. Quam doctrinam ait comprobari à Sanch. d. 45. n. 22. Masc. l. c. n. 13. Gutt. n. 2. Quòd si tamen causa protestationis cessasset tempore contractus, præsumendum sit, recessum esse à protestatione. Item si post contractum liberè habita est copula, censetur matrimonium denudò contractum, & si prior contractus invalidus in locis, ubi valent matrimonia clandestina ob non receptum Trid. secus in aliis. Castrop. l. c. Sanch. d. 45. n. 21. & 23. Gutt. n. 10. Nav. n. 78.

Resp. secundò: Dum agitur de dissolvendo matrimonio ob impedimentum consanguinitatis, affinitatis &c. unus testis non sufficit ad dissolvendum matrimonium, aut negandum debitum; cum jura matrimonii possidentis mintui non debeant ob probabilem tantum probationem, juxta c. cum à nobis. de testib. Sufficit tamen ad inducendam obligationem diligenter inquirendi in veritatem, quæ diligentia facta, & nova non accedente probatione, dubium deponendum, & in matrimonio, ejusque usu perseverandum. Sanch. à n. 24. Castrop. n. 4. cum communi. Proinde jam ad probationem impedimenti pro dissolvendo matrimonio requiruntur duo testes omni exceptione majores. c. super eo. & c. cum à nobis. de testib. Castrop. cum communi. Tales censentur etiam consanguinei, si sint probata vitæ, & matrimonium illis expediens. Ita ut tunc nulla exceptione repellere possint, ut alias repelluntur domestici. c. in literis. de testib. Castrop. l. c. Gutt. c. 44. à n. 39. Item ipsi contrahentes, vel etiam alter eorum, dum constat, eos matrimonium cupere, maximè, si cum eorum depositione concurreret fama, Sanch. n. 34. Cón. cit. du. 6. concl. 3. Castrop. l. c.

Quest. 287. An, dum adsunt istæ conjecturæ, quæ fictum fuisse consensum, vel illæ probationes, quæ impedimentum adesse concludunt, liceat conjugibus propria auctoritate dissolvere matrimonium.

Resp. negativè, dum matrimonium est publicum, sed requiritur auctoritas Judicis, ne generetur scandalum; secus dicendum videtur, si matrimonium est clandestinum; vel si publicum est, testes obierunt, nec adest ullum magis periculum; nullum enim tunc est scandali periculum, ob quòd aliàs requiritur Judicis auctoritas. Castrop. cit. §. 6. n. 5. Sanch. l. 2. d. 45. n. 13.